DISPUTATIO XVII,

Oppoſita

Libb. 2. de Miſsâ.

Reſpondente

M. Joh. Chriſtophoro Schanero, Ohrdruſio-Thur.

Thesis I.

ABSOLUTIS, QUAS in veſtibulo horum de Euch. libb. propoſuerat, 3. priorib. quartam jam & ultimam, quæ de *caudâ Draconis* (*uti non abs re, aut jure vocat B. Luth. part. 2. art. Schmalc. 2.*) *Miſſæ ſacrificio* eſt. Ut à. *quàm certa omnium fermè abominationum Papalium nutrix & officina, totius regni Pontificij nervus ac fulcrum eſt Miſſa, ac ipſiſſimum Romani Antichriſti cor atq; anima, de qua non incommodè:*

Cum Miſſa Babylon ſtatq; caditq; ſuâ:

(*Meisn. part. 2. Phil. Sob. ſect. 1. c. 1. quæſt. 16.*) tam incertum eſſe, peſſumque vergere ac pergere ejuſdem fundamentum, adeoque